

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

23. Esavvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

culum, (gravida enim Dominum consuluerat) a natu majore filio primatum & benedictionem astu fraudulento avertit. Hæc matrona optima virum senem & cæcum curavit fideliter, filium periclitantem servavit pie, nurus acerbas longoculit tempore moderate, familiam copiosam gubernavit prudenter; suæ domus columen, & totius ecclesiæ lumen.

23.

ESAVVS.

Esavus Isaaci filius, corpore pilosus & rufus, ideoqve Edom cognominatus: moribus truculentus & vehemens, studiis venator & agricola, victu luxuriosus & vorax. Patris animum simulatione ita sibi devinxit, ut ipsi esset carissimus. Rediens ex agro pulverulentus & fessus, primatum sacerdotii atqve regni, hominis profani & impuri animo vendit,

dit,
gurit
cymis
recipit.
odio,
conten
connu
ægrimo
aliam
filiam
tat su
fratre
neribu
dem
Char
ca m
gens
per i
parav
24.
Jo
Nach
Jud

dit, & pro abjecto pulmento abligurit: ad honores ereptos cum lacrymis adspirans denuo, eos non recipit. Frenuens indignatione & odio, fratri mortem minatur; in contemptum matris filias gentilium connubio jungit, patris cæci auget ægrimoniam, ad quem leniendum aliam sibi uxorem quærit, patruus sui filiam: in familia parentum imperitat superbe, & cum maleficio. A fratre redeunte e Syria, placatur muneribus, cui pacificus occurrit, & eidem locupletato, sedem relinquit in Chananæa: Ipse fugatis Horræis, loca montana Seiris vi occupat, a quo gens Idumæorum, populo Dei semper infesta, nomen atque opes comparavit.

24.

JOBVS.

Jobus e posteritate, ut alii volunt, Nachoris, ut alii, Esayi, inter Idumæos